

Adel
an Newbleo Ho.

5 Me zu OY
L

Angewandtes

ALIQVOT
NOMINA PRO
PRIA GERMANO
RVM AD PRISCAM

*Etymologiam resti
tuta*

AVTORE

REVERENDO D.
MARTINO LV.
THERO.

LECTORIBVS S.

*Exemplum dedi uobis, ut plura & me
liora faciatis. Valet.*

VVITEBERGAE
EXCVDEBAT PE
trus Seitz.

M. D. LXX.

ALIQVOT
NOMINA PROPRIA
GERMANORVM AD

PRISCAM ETYMOLOGI-
am restituta.

Nomina propria habentia olff seu
ulff, sunt uere Germanica.

Vt:

Rodolphus, à Latinis corruptum
est, Sed Germanice dicitur Rathülff,
id est consilium & auxilium. Salus, n.
seu Auxilium dicitur Hülff / Rat/
consilium.

Lodolphus corrupte, Germanice
dicitur Luidhülff seu Leudhülff Lu
de u Holandico uel Leud Sueuica
diphthongo, significat homines in
plurali, est igitur Leudhülff / Grace
Alexander.

Landolphus, Pro Landhülff/id
A 2 est,

est, terrarum salus seu regionis auxiliator.

Gangolfus, pro Ganghulff, prosperum auxilium, quod procedat feliciter, Et uerso uocabulo idem dicitur Hulffgang, quod perperam dicitur Wolffgang, quasi lupum procedere dixeris. Venit hoc uitium ex lingua Belgica, quæ adhuc hodie uocales ita torquet, Huolffgangus, cum Hulffgang uult dicere, quod aures imperitæ accipiunt, quasi Wolffgang. Wolff enim lupus est.

Arnulffus, pro Ehrnhulff/honoris auxilium, qui iuuet & promoueat honesta & uirtutem. Perpetuo, n. Latini, A, scribunt & pronunciant, ubi Germani, E, seu diphthongum æ habent, & aspirationes omittunt.

Gandolffus, uidetur esse idem quod Gangolffus, uiciato G. per D.

Vlfarus, id est, Hulffer seu Helffer,

fer, Saluator Auxiliator, Alexius, Iosua, Iesus, Esdras & cætera.

Minulfus, absq; dubio, Meum auxilium, seu salus mea, *Wyn* enim Saxonice, Meum significat, Inde *Wynhülff*.

Astulphus, est *Zasthülff*, festinum auxilium. *Zast* Saxoice festinum, acrem, ardentem significat.

Agilulffus, qui est uel *Eilhülff*/ id est, citum, uelox auxilium, idem ferre quod *Zasthülff*. *Eil* enim significat festinationem, celeritatem. Vel quod hodie extat in usu, *Eitelhülff*/ uiciose *Eitelwolff*/ quasi diceret, plenum & merum auxilium.

Wolfart / corruptissimum, pro *Zülffrat* / est enim conuersum nomen, *Kathülff* / quem Rodolfum uocant, ut supra.

Adolphus ualde deprauatum, *Zatt hülff* dici debet. Sic Latini regem Longobardorū Athulfum uocant

A 3 cant

cant. Est autem Hatto seu Hetto, idem
quod Pater. Vnde adhuc hodie in
Hassia, pueri appellant Patres suos
Hatto, a Italico seu e crasso & dip
thongato. Ita *Zatthülff* est Pater au
xilians seu saluans. Et credo Chattos,
quos nunc Hessos uocamus, prisco
uocabulo Hattos, i. patres, & Hattiam
Patriam appellatam esse. Sic Episco
pus ille Babenbergensis Hatto, Et ali
us Otto, quod idem est. Nā Otto sine
dubio per Latinos ommissa aspiratione
(sicut alias fere semper faciunt) pro
Hetto seu Hatto deprauatum est. Ero
go Imperatores illi tres Ottones de
bent Hatti appellari. Hatto post Hatt
to regnavit tertius Hatto.

Nec mirum est linguam ab imperia
tis depruari. Nam nos uicissim reg
nante barbarie, Latinam linguam e
gregie corrupimus. Eadem ignoran
tia credo corruptum esse, ipsum capi
tale nomen nationis nostræ, scilicet
Germania. Verisimile est enim lati
nos Historicos falsos esse in litera H.
& eam

& eam pro G. inspexisse & legisse, uel
etiam auditu non satis discreuisse,
cum fortis aspiratio H. propinqua so-
net Literæ, G. Igitur Hermanniam
puto nostram nationem olim dictam,
Sicut & ille præstantissimus Dux, qui
Augusti Legiones cecidit, perperam
Ariminius ab Italis dicitur, cum sit re-
uera Herman, adhuc hodie uulgatissim-
um nomen. Est autem Herman, uir
exercitus, seu Dux belli. Heer enim
exercitus, seu bellum est, unde dicitur
Heerfahrt, id est, expeditio bellica. Inde
Hermani, Hermannia, id est, Bellicosi,
bellicosa.

Idem uicium accidit nomini Seg-
gesto, qui socer fuit Hermanni, scili-
cet pro Hengst corrupta litera H. in S.
Nam adhuc durat nomen, cuiusdam
Ducis Angrinorum, aput Germanos,
Herzog Hengst zu Engern.
Hengst autem significat Caballū uel
equum bellicum, ut Hengst idem fere
sit quod eques, uel Philippus, puta uis-
rum equestrem. Et Episcopus Cos-

Ioniensis adhuc hodie se nominat Duce
cem Angrinorum, Herzog zu Eng
gern, male Angriuariorum scribunt
Latini. Et Anglia quasi Angria dicitur
ab istis Angris seu Engern unde
& Anglia adhuc magna ex parte Sa
xoniam linguam habet.

Et alijs cogitandum relinquo, num
& illud uocabulum Alemanni, Ale
mannia sit corruptum, pro Adelman
Adelmania, sicut ego suspicor.

OMNIA NOMINA HA
bentia Brenn uel Bryn sunt
Germanica.

Vt:

Brenno uel Brynno Dux Gallo
rum contra Romam. Et hodie fre
quentissimi usus Brenno seu uerius
Bryn, y Pythagorico, uel u Hollan
dico. Inde Brunswig seu Brynswig,
d est, arx Brenni (ut loquuntur.)

Item: Brennburg, quod hodie per
omnes aulas profertur corrupte Bran
denburg.

Denburg. Nam ipsi ciues eius urbis in
Marchia adhuc hodie appellant eam
ciuitatem Brennburg, id est, castellum
Brenni, non Brandenburg.

Est autem Brynn seu Brenn (ut
antiqua carmina Heroum indicant)
Galea, præsertim cristata seu cornuta,
Ergo Brenno est Galeatus. Et Brenna
burg uel Ducis Brenni castellum, uel
Brennorum præsidium seu Galeato-
rum & armatorum ad tutandam regio-
nem, Et Scarabeus iste maiusculus,
Galeatus rubris cornibus, & alis es-
taceis armatus, *Zusbrenner* dicitur
in nostra regione.

Ziltebrand pro *Zeltbrenn* id est,
Gygis & Heros Brennorum, ceu Ca-
put & Dux eorum. Hodie *Zeubts*
man vber den reisigen Zeug. *Zelt* es-
nim Heroem, uelut Achillem uel Hes-
torem significat.

Luitprand rex Longobardiæ, pro
Lutbrenn, id est, hominum Galea,
qui homines armis tutatur, Diximus

A 5

enim

enim *Luit*, *Lyt*, seu Sueuice *Leute*,
significare homines numero plurali.

Aisbrand rex Longobardorum,
Zusbrenn, id est, domus tutor, seu qui
armis domum & familiam tuetur,
Zuis seu *Zus* accentu circumflexo
Saxonice domum significat.

Fuchobrand, id est *Fusbrenn*, *Pe-*
*dest*er miles, tamen Galeatus, Et uis
detur dici relative ad *Zeltbrenn*, quas
si hic Eques Galeatus, Hodie *Zeup-*
man vber das *Fnuolck*, uel *Weibel*.
Ille pedes Galeatus sit. *Fus* enim cir-
cumflexe pedem significat. Vides ero-
go *Brenn*, bellicam & militarem uocem esse.

OMNIA NOMINA IN Rich sunt Germanica.

Friderich, *Pacificus*, *Salomo*, *Iren-*
naeus *Cæsar*, *Viridorix*, *Epidorix*,
quod per Longobardos iam Italicum
factum est, siquidem & Itali *Ric* uocant
diuitem. Est autem *Rick* seu
Rich

Rich Sueuice Reich, diues. Sic dicitur flumen piscosum, Fischrich, Terra fertilis, Kornrich: Pecuniosus, Geldrich.

Arrigis rex Longobardorum, Ehrich, hodie satis frequens nomen .i. diues honoris, qui in magnis honoribus est.

Alaricus rex Longob. quem nunc Ulrich seu Ulrich dicimus, Sed uerius Allrich, id est, omnibus abundans, Pantoplusios, Zuldrich est aliud nomen uel fictum potius de nouo.

Attalaricus, Rex &c. pro Zattalrich, id est, pater per omnia diues.

Emerich, id est, Imerrich, semper diues, nunquam deficiens. Hinrich, Hunc Iulius Cæsar uocat. Vercingetorix, Sed scriptorum uicio confusis, transpositis & corruptis literis, Voluit, n. saxonicum illud Hertoge Hinric scribere id est, Dux Henricus. Et postea scriptores mutarunt H in V. & transposuerunt

posuerunt *toze*, post *Hin* & *geto* fe-
cerunt. Sed uox hodie celeberrima
satis conuincit codicum mendas, *Saxo-*
xonice enim dicitur *Hertoge* *Hinric*.
Sueuice, *Hertzog* *Heinrich*. *Hertog*
seu *Hertzog*, est idem quod dux, ab
Heer, id est, exercitu, & *zog* seu *zihen*,
id est, ducere seu proficisci in bellum.
Significat autem *Hinric* id quod intus
seu domi diues, seu familiarum diues,
multorum Pater & Gubernator, uo-
lut, si *Abraham* *Ebraica* æmulatione
uelis dicere, Patrem multarum, scilicet
familiarum.

Dietrich, *Græce* *Theoderichus* di-
citur, a *Deud* seu *dūd*, y *Pythagorico*
uel u *Hollandico*, quo nomine dicun-
tur *Germani* *Deum* nominasse, Et
Historici per *T* scribunt *Teut*, uerum
ipsa pronuntiatio adhuc durans, restat
tur, *Deud*, seu *dūd*, esse dicendum,
Licet & ipse *Cæsar* semper *T* scribat,
ubi *D* pronuntiatum audiuit ex ore
Germanorum, ut infra diceretur. Ab
hoc *Deud*, dicimur nos *Germani* *Deu-*
disch,

disch, id est, Deudici. Sed Saxonica
dialecto **Dūdisch**, y Pythagorico, seu ut
Belgico, Nam in talibus omnibus uo-
cabulis spectanda est dialectus Saxo-
nica, qua olim tota Germania est usa.
Ita Germani a Deo suo nomen sump-
serunt, quem **Deud** seu **Dūd** appella-
tere, quemadmodum posteri eorum
se **Gottos** dixerunt a **Gott**, id est,
Deo, quem **Gut** uocant etiam hodie,
illi ipsi **Goti**, nempe Dani, Sueui &c.
Sed tota Germania **Gott**. Nam **Goti**
fuerunt Germani, Sed quia tam **Gott**
quam **Gut**, accentu circumflexo pro-
nunciatur, factum est, ut eosdem &
Gatas per diphthongon **Historici**
appellent. **Gut** uero significat, Bonus,
bonum.

Et apparet hoc nomen **Dūd** ma-
nasse ex Ebræo, **Dōd**, quod significat
Auunculum, amicum, amorem. Ita an-
tiqui & primi Patres Germanorum,
Deum uoluerunt nominare, **Dōd**, **A-**
micum, **Amorem**, **Auunculū**, quem
admodum Israëlitæ cum **Baal**, id est,
Herum,

Herum, Sponsum seu Maritum uocabant. Sed nec ipsum Græcum Theos longum dissonat a uoce Deud seu dūdisch, si pronuncies, Teuds seu Teudsch, Neq; dubium est Deus Latinum, a Theos Græco uenire, siue uoluerit, th per d Raphessare siue Daggeffare. Nam alij T Raphessant per th, alij per d. Ita est magnus symbolismus inter istas literas tenues, aspiratas & medias.

Inde nomen diminutiuum Döble quem Itali Totila uocant, Sed Germanis usitatissimū Detzel, Dizel, Dözel, quia tz mutant Itali in te, ut Hassia, Hattia, Hatti, Hessi, seu Chatti. Non est dubium, quin Rex Detzel uulgata lingua dictus sit ille, Tottila. Nam Itali non scribunt Dezel, sed Dottel seu Tottila. Et sicut ille dixit, facete quidem, sed uere: Itali & Galli aliter scribunt, quam loquuntur, & aliter loquuntur, quam sentiunt: Ita hic ore pronunciant Dözel, & tamen scribunt Tottila. Pronunciant ~~Dezel~~ & scribunt Attilla,

Attila. Pronunciant, Atzio, & scribunt actio. Pronunciant lesere, asere, disere, & scribunt legere, agere, dicere. Sed & Franci nostri adhuc hodie uocant Dōb patrum seu patrem spiritualem, qui puerum e Baptismo suscepit.

Hinc est ille Didrich seu Dudrich diues in Deo, Diuus, Diuinus. Et Theios Græce seu Eusebius, Pius.

NOMINA IN V VICK ET Ich sunt Germanica.

Vt:

Vitigis Rex Longob. Sed recte Witich. Hunc Cæsar, Diuitiacum uocat. Witte autem Saxonice est prudentia seu peritia, Inde Wittich prudens, peritus, cordatus.

Heddeuigis regina, rectius Hettonuig patris refugium. Wicf enim Saxonibus refugium significat. Inde Wtynswig, seu Brunswig, ut supra. Ita Oswig Coswig, Herdwig, Lodo-
uicus,

uicus, Sed male, Lydewig Saxonice
seu Leutewig Sueuice. i. populi seu
hominum refugium & solatium. Hunc
Cæsar, Lytauium appellat, uolens
Saxonicum imitari, & A Italicum pro
E crasso & y pro u Hollandico, usur-
pauit. Hunc Galli crassissime nomi-
nant, Clodouæum, inflata per guttur
litera L, & Wic in uæus mutato.

OMNIA NOMINA IN

Vualt sunt Germanica,

Vt:

Oswalt, rectius Huswalt, guber-
nator domus, præfectus, œconomus,
qui nunc in Aula uocatur Hoffmei-
ster. Walt enim significat potestatem,
magistratum, uel gubernandi faculta-
tem. Inde uox auspiciantium aliquid,
Des walt Gott. Deus gubernet hoc.

Uhwalt, syncopatum Uwald. Sed
dicendum Hegerwalt, qui potestatem
uel officium custodiendi & seruandi
habet.

habet. **Hegen** enim significat custodire, Inde nomen **Heger** quem nunc **Hoyer** uiciose dicunt, id est, **Seruator Custos**, **Seruatus** latine, In aula **Kesmerer Rentmeister**. Sic agrum, pratum, lignetum sepibus circumscriptum uocatur, **gehegt**, scilicet quod ab usu publico separatum custoditum est. Et consistorium, Tribunal seu sacer **Circulus** (ut **Homerus** loquitur) uocatur **Gehegtebanck**, **gehegt gericht** etc.

Sebald Sebaldus, Hoc est **Seewalt** accentu circumflexo in prima est relative contrarium **Hegwalt**. Vt **Seewalt** sic ille œconomus, qui foras exportat, seminat, plantat, arat, colit, terram, rus, hortum & alia. **Hegwalt**, qui collecta demessa, decerpta recipiat, domum uehat, condat ac custodiat illum agricolam (**Græce Georgium**) hunc promum dixeris.

Wilibald, Bilibald, rectius **Vileswalt**, id est, multis præfectus, multa gubernans, quasi supremus uel maior

B **Gubers**

Gubernator, super ceteros, Vel enim
accentu circumflexo Saxonice mul-
tum significat. Aut a bonitate Wol-
walt, bene gubernans velut ominus
boni gratia (ut plurimum solent Ger-
mani) sic uocatus.

Tipold, Theobaldus, Sed Ditwale
(per ita Græcum) Dit (ut supra) do-
mum possessionem significat Diets-
wale Præfectus domini, Vel Deuts-
wale, düdwale Dei potestas, ut supra
in Dietrich.

Grymoaldus Rex Longob. Grim-
wale iræ potestas. Videtur fuisse anti-
quis nomen iudiciariæ potestatis quæ
exerceat iram in facinorosos sicut
nunc est Iudex qui tradit tortori pu-
niendum, Nam quod hodie Richter
Richter dicitur nouum esse apparet
cum Richter proprie in bonum non
in pœnam sonet uelut impedita &
perplexa expedire & explicare. Estq;
operatio propria intellectus, Inde
recht, richtig, sicut lineam rectam, uis-
am rectam, contra curuam, perplex-
xam

xam dicimus. **Richten** igitur reſtifica
re eſt. Inde **Berichten** dicimus homi
nem docere, informare, inſtruere, ex
errore ducere **Lieber berichte mich**
des &c. Eſt igitur **Grymwalt** iræ pot
teſtas. Et Itali uu, in o mutant ſono
uerborum capti.

Adoaldus Rex Longob. ab **Oro**
to ſeu **Hatto Zettwalt**, patris pote
ſtas, uice patris, Tutor, Patronus. Et
hodie cauſidicis in uſu reliquum eſt,
Anwalt Patronus, quod an corrupte
n. pro it ſcriptum & lectum ſit, ut **An**
walt pro **Zattwalt** nunc dicant, non
ſatis ſcio.

Rodoaldus Rex Longob. Hoc
uel a **Ratt** (ſicut ſupra **Rodolphus**)
Rattwalt conſilij poteſtas conſu
lendi poteſtas, Conſul, Vel a **Ketten**
id eſt ſaluare liberare. **Kottwalt**, res
demptor, liberator ereptor. Sicut ali
us Rex Longob. **Rotharis** dicitur,
qui abſque dubio eſt **Ketter**, id eſt, Li
berator, Saluator eſt.

B 2

Garis

Garibaldus Gerwalt, Garwalt,
hodie, Volmacht.

OMNIA NOMINA IN
win sunt Germanica.

Volcwin Volggewin. Victor
populorum Nicolaus Nicodemus.

Baldwin Balduuinus Cito
uincens Eliax g. Cito prædare.

Aluinus Alguinus Alcuuinus
Alboinus, Alwin, Allgewin omnia
uincens Rex Longobd.

Andonius si Italico more n. pro l.
scriptum est idem quod Alboinus est
illi enim scribunt Bononia cum di-
cunt Bolonga, Alioqui erit *Hand-*
win id est uictrix manus & inuicta
bello dextera.

Goswin uidetur esse Huswin,
Victor domorum, uiciata litera H.
per G. ut frequentissime fit. Sed me-
lius, losquin, quod nomen insignis
Musicus in Belgico celebre fecit, Est
autem losquin diminutiuum à lost
seu

seu iusto, Sic enim illi loquuntur
blandiendo pueris **Iustin**, id est, ius-
tulus, Iustinulus. Nam quod **Jobst**
quidam dicunt, est crassities superior
ris Germaniæ qui etiam Sanct **Jos**
uocant idolum & figmentum illud
Anglicanum.

OMNIA NOMINA IN Old sunt Germanica.

Arnoldus, Germanice, **Ernhold**,
Honestus, Amans honestatis & uir-
tutis, Sic hodie Cæsaris Caduceator
uocatur **Herold**, id est, **Ernhold**, qui
uirtutem & honestatem quærat &
seruet.

Leupold, Hoc proprie dici des-
bet, **Liebold**, nomine composito si-
cut **Ratthülff** &c. Quasi dicas, **Lieb**
und hold, amabilis & dilectus, Eras-
mus, Amandus, **Lieb** enim est Ama-
tus uel Amabilis, **hold** est gratia quo
diligo, Inde dicitur **Holderbule**, id est,
chara, sponsa uel amica, **Er ist mir**
nicht hold, id est non diligit me.

B 3 **Diepold**,

Diepolt, Hunc alij faciunt **Theo-**
baldum, alij **Hypolitum**. Sed **Theo-**
baldus, nihil ualet, in ulla lingua. Estq;
certo signentum, Si **Hypolitus** est,
potest **H** in **D** mutatum esse, Et tum
non est **Germanicum**, sed **Græcum**,
qualia ualde multa sunt in **Germania**.
Ego puto idem esse quod **Liebold**, Et
Labdakismo aliquo uiciatum nomen,
quia omnes qui laborant **Labdakis-**
mo, pronunciant in syllabæ initio **d**
& pene, **n.** quoq;, cum tamen **l.** in fine
syllabæ recte pronunciant, sicut acci-
dit & in **Litera r.** ut syllabam ab **r.** ina-
cipere non possint & tamen bene pos-
sunt, finale **r.** dicere.

OMNIA NOMINA IN
Man, Mund sunt **Ger-**
manica.

Herrman, de quo supra, quem
Itali Ariminum corrupte dicunt,
scilicet **Dux exercitus**, uel **Bellat-**
or.

Hartman

Hartman, uir fortis, **Andreas**.
Hart enim durum, fortem, inuictum
significat passiuè qui non cedit, sed
perdurat.

Est autem **Man** componibile
nomen tam frequens in Germanica
lingua, quam est ullum in Græco &
Latino, sic dicunt **Hausman**, **Ehez-**
man **Dorffman**, **Schwerdman**. Et fe-
re quoties uerbale nomen deest com-
ponitur **Man** cum uerbo.

Vt.

Segeman (quem **Sigismundus**
dicunt longe corruptissime) quasi di-
cas **Victor**, seu uir uincens, **Victori-**
nus, **sieg** enim uictoria est, **Siegen**
uincere significat.

Bohemundum, **Wogeman** id est,
audax, **Audentius**, qui rem fortiter
audet aggredi. Nam uicium **Scripto-**
rum in **Bohe** certum est, cum **Woge**
audierint.

Raymundus eisdem uicijis dicitur
pro **Rygeman** seu **Rugeman**, id est,

B 4

Quietus

Quietus, tranquillus, Vir quietis. Es
braice Noah sicut Numa Pompei, Sol
lomo, sine bellis &c.

OMNIA NOMINA IN
Werd sunt Germanica.

Albrecht certum est, Adelwerd
compositione appositiva, quasi Edel
vnd werd, preciosum & charum. sicut
Gemmas uocamus Edelstein,
id est, preciosos lapides, Werd, est
charum & preciosum. Et uidetur ista
geminata eiusdem significationis com
positio, Emphasim habere Albrecht,
Alprecht, Vicia sunt.

Hildebertus, Heltwer, id est, Her
ros charus & preciosus seu rarus, uel
hold vnd werd Holduuerdus Hold
selig hodie.

Digobertus, Tugewerd, Tügen
est in precio esse, ualere aliquid, uti
lem esse, inde Tügent Virtus, ualor,
factum honestum. Sic dicitur Er thet
mir alle tugent / vnd Ehre, id est, ex
hibuit

hibuit mihi omnem uirtutem & officium.

Fulbertus hic est, **Wolwerd** Vuoluerdus eadem Emphatica compositione, digne dignus, chare charus.

Aripertus, Rex Longob. id est, **Ehrewerd**, honoratus & charus, Honore dignus, Honorius.

Liebenwerd, id est, Lieb und werd, sicut liebhold, **Rathülff** **hatts** **hülff** compositione Germanica.

Werd, id est, charum, Inde ciuitatum nomina **Dunawerd**, & **Werd**.

Et in foeminino **Wolwerd** **Walprecht** **Walpurg** uiciosissime, **Euchar** **charia**, gratiosa, uenus uenusta.

Gunibertus nomen deprauatum, sed optimi ominis. Est enim **Küne** **werd**, id est, audax, seu fortis & simul charus qui foris sit fortis, domi charus Et qui bello & pace floreat. Et componitur **Kün** circumflexe & u. Belgico unde **werd**, fortis & charus.

Humbertus, id est, **Unwerd**, non charus Extat familia nobilis hoc no-

B 5 mine.

nomine, & uidetur humilitatis uirtute hoc nomen esse quaesitum, quasi diceret. Noli curare sublimia, praestat humili loco contemptum esse quam Tragica gloria charum uideri uelle, Et forte idem est Kunibertus mutatis inuicem K. G. H. Belligico more.

Sigisbertus, hoc est Siegwerd, id est uictor esto & charus simul, Nam uictoria insolentes facit, Sed clementia uictoris facit Siguerdum.

Symprecht, Symphorianus aliquam prolixis & liberis deprauationibus, cum idem sit quod Sirgebertum, pro g.posito.

Lampertus id est, Lange vnd werd quod est diu charus, quia beneficia cito obliuioni traduntur, Et rarus, uel nullus potius inuenitur Langeueraus seu diu gratus.

Robertus, Ruprecht utrunque uiciose, sed Ratwerd, dici debet, ut qui Rat vnd werd sit. qui consilio ualeat
leat

leat & charus sit. Sicut Tugewerd factus
est ualeat & charus est, Quia raro chari
manent boni consiliani, id est uere
Ratuuerdi.

OMNIA NOMINA IN Rat sunt Germanica.

Rat per t est æquiuocum, primo
singularis tantum numerus signifi-
cat consilium, non enim plurali-
ter dicitur die Rate consilia. Inde
Rathus, Rathern, Curia, Senatores.
Senaculum. Secundo significat ipsos
consiliarios, inde pluraliter Die Rate,
a Italico seu e diphthongato. Tertio,
successum fortunam addita syllaba g.
Hinc geraten, ungeraten, wolgeraten.
Sed claret hoc esse deriuatiuum à
Rat. Est & nomen Rad per d. plurali-
ter Rader, id est, rota rotæ, sed hoc nis-
hil ad propositum. Sic igitur dicitur.

Gebhard, Rectius Gebrat e puro
qui potens est dare consilium, dator
consilij.

Volratt.

Volrate, Wolrat, bene confus
lens, bona consilia habens, Eubulus
Qui autem uolet, potest dicere, **Wol**
rat, id est, **Wolgerat**, fortunatus, **foe**
lix, prosper, Sed non placet.

Conrat, Künrat, accentu acuto
in priore syllaba & u Belgico. Valens
consilio, ciens consilium, prudens, pru
dentius. Hic per syncopen dicitur,
Kurt, Kuntz, Künzlin, Künzel. In
quibus indicat litera u & esse dicen
dum **Kunrat**, per u non per o **Kün**
nen est scire seu scientia ualere.

Burckardus, Burgrat, consul ara
cis, ciuitatis, Ciuitates. n. **Burg** dictæ
sunt, Et ciues, **Burgenles**, Et adhuc
hodie **Bürger**.

Eberhard, rectius **OberKat** sus
premus consul proconsul.

Ricardus, Ricardis Reichrat Ric
rat, uel a diuitijs quasi diues consul,
uel uerius, **Rekrat**, Consul inter **Gyo**
gantes, nobiles, Heroes **Recke** enim
significat proceros, magnos, Herois
cos,

cos, fortes uiros, Gygantes, Hunc hodie uidentur appellare **Kriegsrat**.

Oldradus, hoc per se patet, esse **Altr**rat, seu Saxonice **Oltrat**, Senior, Senator uel Senatus, Et dicitur forte, contra iuueniles Senatores qui imperitia & stultitia sua euertunt republicas. Alioqui hodie dicuntur **Altrat**, **Neurat**, qui per annuas uices succedunt in magistratu.

Eckhardus. **Ec**art, Sed mea imaginatione **Hegerat**, ab **Hegen**, ut supra, Seruans custodiens prudenter & consulte, Et ille Odoacer ab Italis dictus, **Hettheger** est. Quia **ott** seu **od** ut diximus est, **Hatto** **Hetto**, Sic **Hett** **heger** est, Pater custodiens, seruans, tuens, Hinc **Ec**wolff's **Ec**, rectius **Hege** **Hegio**, **Hulffshege** custodia salutis, Salus custodiae, Vel si a fortuna **Rat** dici uoles, erit **HegeRat**, seruans parata, quia **Rat** & **unrat** Germanice dicitur, quando res bene & male curantur, quasi per hoc bene uel male
rei

rei familiari consulatur. Sed prior Etymologia melior est.

Marquardus, crasse nimis, pro Margratt seu Marcratt, Consul prouintiae, Marcr significat limites, ergo certae Regioni limitibus suis deputatae, hic Margratus praest.

NOMINA IN HART sunt Germanica,

Vt Hart significat Robur festi-
stard.

1 Volckhart robur, columnen sus-
tentator populi Demosthenes.

2 Leenhart robur Leoninum, uir-
riliter agens & impauide, Sic dictus
est Leo Dux Hinricus Brunswi-
cens &c.

3 Bernhart, robur Ursi.

4 Ehrhart, robur honoris seu hō-
nestum robur, qui uiriliter honesta tu-
etur.

5 Degenhart, robur uirtutis Sci-
licet qui constans & firmus est in uis-
tute.

1111

tute, nec flebitur nec corrumpitur.
Degen enim est à Dügen, ualere, ualidum esse, ut Saxonice dicitur, Er thet my alle ehre vnd Dügent, id est, Omni genere uirtutis & officiorum me affecit, Inde enim Dügent y græco (rugen alias) uirtutes. Et est illud oïkon quod Cicero officium uocat Latine.

Reinhart forte Rugenhart, pacis robur, Vel Rezenhart.

Gotthart robur Dei Gabriel, Nisi hoc uelis ab Art ducere quod est, ingenium seu natura. Vt Gotthart sit Guttart bono ingenio, Guter natur from, Agathais, Agatha.

Sicut & Reinart possit dici puro & pudico ingenio, Catharus, Catharin.

Hort substantiue dicitur ab harte adiectiuo, firmitas. Sic Deum appellamus, vnser Hort, ubi Ebraeus Petram eum uocant, inde Hortig, bonæ ualeitudinis & firmæ, sanus, uegetus.

RELII

RELIQVA QVAE
dam,

Tottila supra dictum est esse Dö-
zel siue Dezel, a uoce Död, per diph-
thongon, æ, Sic enim Franci dicunt,
Mein Död, Död autem uel Deud est
nomen Dei, Vt supra, Ergo Tottilla
est Dödle Dözel, quasi paruus De-
us, uel Deunculus Götlin, mutata tē
in duplex ss' uel z seu Ebraicum,
Thau, debent enim esse Götlin, seu
minores Dñj, sub Deo uero Historici
hunc uocant Taxillo uel Tassillo, sa-
tis crasso gutture.

Idem factum est nomini Attila,
quod Hettila seu Höttle potius dici
debet, & per Thau fit Hözle Hözel,
Est enim diminutium ab Hatto uel
Hetto & Hota, qui amissa aspiratione
Otto, Et hinc Otele dicuntur satis in
usu adhuc hodie, Vnde & urbs regia
in Hungaria, Buda seu Ouen, germa-
nice dicitur Hezelsburg, Arx Attile
seu

seu Hettile, quia Hettila Rex Huno-
rum ibi regnavit, Est autem Hattela,
paterculus, parvus pater, germanice,
Veterlin.

Carolus seu Karolus, haud dubie
est illud Saxonicum Kerle per e diph-
thongon quam illi semper faciunt a la-
talicum. Est autem Kerle, Vir proce-
rae staturae & grandis corporis, qua-
lem fuisse Carolum primum scribunt.

Alphonsus Alonsus, ualde prope
est, si non ipsum est. Helfons, adiuto-
rium nostrum, Quia Itali (ut dixit) as-
pirationes omittunt & a ex e faciunt.

Arionistus (sic Caesar) alij peius
Ariouistus per u, est Ehruest, & est
per syncopen, Ehrnst Ehruest au-
tem hodie est titulus Nobilitatis, praes-
sertim equitum auratorum, quod sine
honestatis tenaces, & esse debeant, Id
enim sonat ea vox.

Marobodus, Sic latini, Sed Gera-
C mand

mani Mehreruod, per syncope Mehr
uod, circumflexo accentu, licet crassiz
lingues Germaniæ superioris depra-
uant, in Vogt. Est autem Meher Ma-
ior, unde adhuc S. Iacobum Maiorem
appellant, S. Jacob den mehrern. Et
Morauiam nos Mehren dicimus ho-
die, sortitam scilicet hoc nomen ab ip-
so Marobodo, id est, Mehreruod,
Vod uero uenit à Voden quod est fo-
uere, alere, enutrire sicut parentes a-
lunt liberos, & animalia suos foetus.
Igitur Marobodus est, Der Meher-
uod, id est, Alumnus maior, superior,
eminentior, qui reliquis Vodis infe-
rioribus præest Sic enim Principes
debent, Vodi, Hetti, Dodi, Zettlin,
Döglin, Alumni, Patres, Pastores Dñj
populorum esse. Hinc & alia regio
dicitur Vodland, nunc corrupte Vo-
itland seu Vogtland Quia ea fuerit
forte prouintia per unum Vodum ad-
ministranda.

Extat nomen proprium Bodo,
quod est ipsum Vod, Fotor Pastor,
Alumz

Alumnus, Bote non recte dicitur,
quia hoc significat nuncium.

Marschalcus, nullum nomen foedius est corruptum per Italos uel Scriptorculos. Est enim etiam id quod *Mehrer* seu maior, & *Stalherr*, qui est Magister equitum ab æquitasibus gubernandis, Et dicendum ac scribendum fuit, *Mehrstalherr* id est, Maior, superior, summus Magister equitum, qui est hodie titulus Ducis Electoris Saxoniae, Ac si non fuisset uox ea corrupta, non esset opus nunc addere *Archi*, *Erzmarschalck*, Sed *Mehrstalherr*, dedisset id quod *Erz* uel *archi*, cum significet summum Magistrum equitum.

Lotharius, Cæsar hunc *Lutherium* seu *Lutherum* uocat, Est *Luther*, frequens adhuc hodie nomen in Germania, præsertim in Saxonia. Significat autem *Herum* seu *Dominatorem* hominum *Lüde* enim (ut dixi) Saxonice homines significat, *Heer*,

C 2

Herum

Herum seu Dominum Sed Cæsar, ut
supra dixi, D in T solet mutare, ne
forte propter sequentes aspirationes
uel alias causas. Quare & hic est u holo
landicum seu y Pythagoricum, Deinde
de th est d tenue & molle, denique Sa
xones usque in hanc diem uocant Lo
tharium optimum illum imperato
rem Keyser Lydher seu Ludher
Quod si Sueuus audiret pronuntiari,
faceret Lidher ex ipso, Nam ipsi ex y
græco libenter faciunt i latinum, Cæs
sar autem uolens per aspiratam red
dere proprie Ludherum occasio fuit,
ut postea Lotharium facerent crassiss
lingues. Et hodie faciunt Lutter, Lot
ter, & similia. Hinc Lotharingia Lud
heringen, id est, Ludheri mansio, à
Nepote Caroli magni, ab Historicis
Lothario dicto. Nunc dicunt Lot
tringen crassissime.

Amalasuitta Himelwitte. Sapi
entia cœlestis, à Witte seu witte &
cœlo quasi diuinitus erudita, Vrania,
Diana,

Diana, Theodacta, Vel si ab albedine
coeli ducas, erit Serena. Nam **Witte**
est etiam Albedo, candor.

Rosemunda, Rosemund, Os ros
seum, hoc non habet dubium Theu
delina, Dudelina, à **Deud, Dūd, Dōd,**
scilicet paruula dea, sicut Totilla seu
Dōdle paruus Deus, ut supra in **Diets**
rich dictum est. Igitur diminutium
Theudelina, **Dūdlin** seu **Dydelina,**
Detzelina, Dizeline est Eusebiola, pi
uscula, diuula diuinula.

Frastrada Vxor Caroli magni,
Est **Bestrat**, optimum consilium, **Az**
ristobula græce.

Francus, Franciscus, Liber Libe
rius Eleutheros, per syncopen seu sy
nalephen, à **fry & Ancf**, quasi **Fry-**
ancf, **fry** Saxonice, **frey** diphtongo
sueuica, est Liber active, **Ancfe** est as
dolescens, iuuenis, nomen hodie gen
tile multis familijs, Et **Encfel** **Encfle**

C 3

diminua

diminutiue dicitur adhuc iuuenis arator, seu aratrum gubernans, ut appareat francos fuisse, pubem seu iuuentutem, quæ se forte seruili bello per seditionem in libertatem asseruerit, Die freien Knaben, freien Gesellen, die freien Bawren.


Franciscus, græca imitatione diminutium est, frenckel, frencklin, frenckle, frenzle, germanice das freibüblin, freitneblin, Et Galli adhuc Vrancum arbitrium, freyen willen, Liberum arbitrium dicunt,


FINIS.



154725

(x2223567)





ALIQVOT
NOMINA PRO-
PRIA GERMANO-
RVM AD PRISCAM
*Etymologiam resti-
tuta*

AVTORE
REVERENDO D.
MARTINO LV-
THERO.

LECTORIBVS S.

*Exemplum dedi uobis, ut plura & mes-
liora faciatis. Valet.*

VVITEBERGAE
EXCVDEBAT PE-
trus Seitz.

M. D. LXX.

